



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Duces, & Ducissæ, & eorundem, liberi monachi. cap. XXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

SEXTVS, ET VLTIMVS ORDO  
 Secularium, ad sinistram S. P. N.  
 Benedicti depictorum.

QVI EST,

De alijs Principibus viris, & filijs eorundem.

Qui

Omnia arbitrati sunt ut stercora, ut Christum  
 lucrifacerent. Philip. C. 3.

699

Duces, & Ducissæ, & eorundem liberi, Monachi,  
 Cap. XXXVI.

Aquitania Duces.

**V**ILHELMVS, sextus Aquitanie Dux, sit monachus  
 S. Cypriani Pictavis, obiit an. 1026. & ibi sepul. est.

Aurelianenses Duces.

**A**NNA, Caroli Valesij Ducis filia, & Ludouici XII.  
 Francie Regis soror, Sanctimonialis, & Abbatissa  
 Fonteueralliorum. Floruit anno 1490.

Austrasia, qui & Lotharingie Duces.

SANCTVS Vandelinus, Amqaldi, qui & Anchises, Ducis Au-  
 strasie F. Monachus Sanctæ Afra, & Seuera, Abbatissæ monaste-  
 rijs Sanctæ Mariæ Treuirensis, huius Vandelini sorores. Florue-  
 runt A. C. 580.

Doda, S. Arnulphi Austrasie Ducis vxor, marito monasticen ar-  
 ripiente, ipsa quoque Treuirim accedens, in monasterio S. Mariæ  
 se conclusit, anno Domini circiter 624. ubi orationibus, & uigijs  
 vacans, quieuit in pace.

Boslo, Dux Austrasie, Sigeberto Regi admodum familiaris, reb.  
 huius seculi, contemptis, monachus factus factus est in monaste-  
 rio diuitis Augiæ. Vixit anno Domini 586. & quod excurrit,

Martinus Martini Ducis F. monachus

Treuirensis,

Bertha huius soror monialis s. Mariæ

Treuirensis.

qui floruerunt anno  
 salutis 690.

Eleu-

Eleutherius Dux, Marrini Ducis filius. Ducatu abdicato monachatus  
fuit A. C. 715. quem ad Episcopatum Turigrensi non reperit.

Lambertus Dux, Eleutherii filius. vitam monasticam professus est  
in cœnobio Methelochiensis. A. C. 778. Ducatus sui anno 61.  
ubi quiescit.

Maria, Sanctæ Mariæ Treuirensis Sanctimonialis, præfati Lam-  
berti Ducis filia. Beatrix, Sanctæ Mariæ Coloniensis Sanctimonialis,  
eius soror. Floruerunt anno 790.

Loherus Dux, ac Lamberti Ducis filius, patris exemplo Cœnobium  
induit, & A. C. 809. obiit. Ducatus sui 31.

Ferricus, Treuirensis monachus Friderici Ducis filius.

Anna, monialis Coloniensis, Ferrici soror, Floruit cū fratre anno 820.

Hidelbertus, monachus Coloniensis, Raneri magni Ducis filius.

Ermingarda eius soror monialis S. Mariæ Coloniensis.

Eua, monialis S. Mariæ Treuirensis, præfatorum soror. Vixit cum  
eis anno 870.

Idda, Gothofredi barbati Ducis filia, primum monachismum  
professa, ex eo ad Balduini Hannoniensis Comitis nuptias transiit.

Mechtildis, Iddæ soror, virginem sanctimonialem egit. Floruit  
A. C. 1090.

Theodoricus Dux, Gulielmi Billionæ Ducis filius. magistratum se ob-  
dicans, normam monasticam amplexus est in cœnobio Cluniacensis  
instituti Metelochio ibidem, ita uixit ut inter sanctos iure referretur.  
Obiit A. C. 1128.

Aques seu Fronnica, Theodirici præfati filia. Abbatissa Romarici  
montis.

Hara, Abbatissa Buxeriarum, Agnetis soror.

Bertha, Abbatissa Romarici montis præcedentium, & ipsa soror  
floruit cum sororibus, anno salutis 1140.

Henricus monachus, Simonis Ducis filius.

Gertrudis Abbatissa, Henrici, soror.

Idda, seu Ittha, Abbatissa ad S. Irmeniam Treuius, Simonis  
filia. Vixit cum fratribus anno 1160.

Iana sanctimonialis filia Matthæi Ducis, floruit A. C. 1170.

Agnes Abbatissa Treuirensis filia Simonis 2. Ducis.

Bertha monialis fontisualis eius soror.

Catharina Ioriensis monialis earum soror.

Allidis, monialis Coloniensis præfatarum trium soror, cum quibus  
usq. floruit anno Domini 1200. & quod excurrit.

*Barri Duces.*

Milo monachus Ricuini, primi Barrensis Ducis filius.  
 Alldis monialis Milonis soror, floruit cum fratre anno 920.  
 Ludouicus Comes, & monachus, Friderici Ducis filius.  
 Beatrix monialis Treuirensis Ludouici soror. Vixit cum eo, an-  
 no 950.  
 Gerardus, Theodorici Ducis filius, Abbas S. Vitoni, A. C. 990.  
 Ludouicus Raynaldi Ducis filius, Abbas Amaniensis A. C. 1110.  
 Adela eius soror sanctimonialem egit.

*Bauariæ tam superioris, quam inferioris Duces.*

Helica Abbatissa Parauiensis, eo loci sepulta:  
 Gerburga Abbatissa Gandersheimensis 17. hæc nouum cono-  
 nium Virginum ad S. Mariã ibidem construxit. Fuerunt filia Hen-  
 ricæ Rixosi Ducis, & uixit anno Domini, 960.  
 Gerburga Abbatissa Chitnensis, filia Henrici hezelonis, Ducis.  
 Sophia Abbatissa Padebornensis soror eius & Henrici II. aliis  
 I. Claudij Imperatores sorores, quæ uixerunt anno salutis 990.  
 Agnes Stephanis Ducis Bauariæ inferioris filia, monialis effe-  
 ctæ circa A. C. 1320.  
 Barbara, Alberti III. Ducis filia, sanctimonialis A. C. 1430.  
 Margareta, Georgii. Diuitis Ducis filia, monialis primum in  
 conuobio Altenhanco: deinde Neoburgi: floruit A. C. 1500.

*Brabantie Duces.*

N. ANONYMVS monachus, & Clara sanctimonialis, qui florue-  
 runt anno Domini 1130. Godefridi I. Ducis filii.  
 Margarita, Henrici VI. Ducis filia, sanctimonialis A. C. 1240.  
 Henricus, Henrici VII. filius, monachus in Burgudia A. C. 1260.

*Britanniæ Duces.*

N. IOANNIS II. filia sanctimonialis Fonteuercalli, A. C. 1300.  
 N. Richardi, Ioannis III. filii, filia Abbam Fonteuercallensis  
 A. C. 1420.

*Brunsvici Duces.*

N. ALBERTI Pinquæ Ducis filia Abbatissa Gandersheimensis  
 A. C. 1314.  
 Clara, Henrici iunioris filia, prius Abbatissa Gandersheimensis  
 33. deinde Philippo Duci Brunsvigio elocata.  
 Maria huius soror, Abbatissa Gandersheimensis 35. post Gertru-  
 dem electa A. C. 1539. Mater eius fuit Sophia, Sigismundi Regis  
 Poloniæ filia.

Bur-

*Burgundia Duces.*

HUGO Secundus Lineæ Capeticæ Burgundiæ Dux, anno Ducatus sui 22. Christi 1108. Iole uxore absque sobole defuncta, matrem confectus, cœnobio Cluniacensi se inclusit, & in sancto propolis perseverans ibidem obiit sepultus retro capellam Beatæ Mariæ hoc epitaphio.

*Hic requiescit vir celebrandæ memoriæ, magnusque sacelli contempior, Hugò, scilicet Dux Burgundiæ, postea sacerdos & monachus huius sanctæ Cluniacensis Ecclesiæ. Anima eius, Requiescat in pace. Amen.*

Aremburga Hugonis II. Ducis filia, sanctimonialis A. C. 1130.  
Ioanna Hugonis III. filia, sanctimonialis A. C. 1270.

Raphael Philippi Boni Ducis filius, Abbas primum cœnobii Petri in Oppido Oudemburgo (in quo habitu seculari relicto cœnasticum sumpsit A. C. 1173. die 12. Maii, tertia Feria Pentecostes) inde ad Abbatiam S. Bauonis Gandavi, translatus circa annum Domini 1450.

Sorores duæ Raphaelis anonyma, sanctimoniales.

Maximilianus, Balduini filius, Philippi Boni Ducis nepos, Abbas sancti Gisleini in Hamonia, circa A. C. 1500.

*Fori Iulij.*

S. ANSELMVS, Dux, cœnobio Nonantulano in diœcesis Maritimi constructo A. C. 752. ibidem Ducatu relicto Abbas præfatus sanctorum albo adscriptus, cuius festinitas recolitur 3. Martij.

*Lunenburgj Duces.*

SOPHIA, Eri Ducis filia, Abbatissa Gandersheimensis XXVII. electa à Ruperto Imp. a quo accepit Regalia A. C. 1401. Obijt 1421.

Agnes, eius soror, Abbatissa Gandersheimensis XXIX. soror rogata A. C. 1412.

Elisabeth, primum Bugslauo Duci Stetinensi nupta, deinde mortuo Abbatissa Gandersheimensis XXX. post Agnetem locum suum electa. 1439.

Sophia, Alberti Ducis filia, Abbatissa Gandersheimensis XXXII. circa annum Domini 1460. fuit neptis prædictarum trium ex fratre.

*Megapolenses Duces.*

ELISABETH, Ioannis Ducis filia, Abbatissa in Ribuit, circa A. C. 1490.

Vrsula, Henrici Ducis filia, Abbatissa in Ribnitz, obiit an. 1440.  
die 23. Aprilis.

Dorothea Magni II. Ducis, filia, Abbatissa in Ribnitz.  
*Normanniae Duces.*

GVLIELMVS, Richardi II. Ducis filius, monachus Fiscanensis,  
circa A. C. 1000.

*Mompenserij Duces.*

Carola, vel Carolorta, Ludouici, primi Ducis Mompenserii, ex  
matre Iacoba Longouicana filia, primo Iouariensis sanctimonialis  
& Abbatissa: sed quae eiurata religione iuncta fuit Gulielmo Nas-  
sario Aurasiorum Principi, postquam mater sacrilega facta est sex  
annorum, obiit Antuerpiae die 6. Maij, anno 1582. & sepulta in tem-  
plo Duce Matiae, die nono. eiusdem mensis.

Ioanna, Carolae soror, Sanctimonialis, & Abbatissa Tonnerensis.  
Ludouica, praefatarum etiam soror, sanctimonialis, & Abbatissa  
Fonteneralliorum.

*Saxoniae Duces.*

HADMODIS, prima; Gerbirga, secunda; & Christiana, tertia, Ab-  
batissa Gandersheimenses, filiae Ludolphi, magni Ducis, quarum  
prima obiit A. C. 877. Regiminis sui anno 21.

Ludgardis, Oronis Magni Ducis, filia, Abbatissa Gandersheimē  
circa quarta, Henrici auctoris Imp. soror, circa A. C. 900.

Catarina, Ioannis VII. Ducis Electoris, filia, monialis Reinebecki  
A. C. 1460.

Hedwigis, Friderici II. Ducis Electoris filia, Abbatissa Quedlin-  
burgensis circa A. C. 1460.

Martba, seu, Margarita, Hedwigis soror, Abbatissa Seufelicensis,  
eadem tempore.

*Slesuicenses Duces.*

CATARINA, Gerardi Ducis filia, sanctimonialis Prezensis, circa  
annum Domini, 1430.

*Spoleti Duces.*

VINCISYS, Dux, iam aetate confectus, rebus se abdicans huma-  
ni monachum induit A. C. 822, neque ita multo post morbo op-  
pressus, migravit & quita.

*Stargardiae Duces.*

ELISABETH, Vlrici vltimi Stargardiae Ducis filia, ex matre Ca-  
tarina, filia Gulielmi vltimi Vandaliae Principis, Sanctimonialis, &  
Abbatissa Dobbertinensis. Floruit anno Domini 1380.

*Teccenses Duces.*  
 N. FRIDERICI, filia, Abbatiſſa Simerenſis prope Oetinganſa, circa A. C. 1350.

*Vendemicæ Duces.*

CATHARINA, ſanctimonialis, & Abbatiſſa, S. Crucis Picardienſis  
 Renara, ſanctimonialis, & Abbatiſſa Chellarum: & Electio  
 ſanctimonialis apud Fonteuſerallios; filia Caroli, primi Ducis Ven  
 domienſis, ex Matre Franciſca Alenconia, ſoroſque Antoni Bo  
 bonii Regis Nauarra, qui ante Rothomagum anno 1562. ſclop  
 to vitam finiit.

*Zerimicæ Duces.*

HERMANNVS, Berthilomis filius, mundi delicias perit ad  
 cœnobio Cluniacenſi monachum induit; mortuus A. C. 1076.

*Principes, & Principiſſæ, cum eorum liberis, Monachi.* Cap. XXXVII.

*Principes Anhaltini.*

EATRIX, Friderici Marchionis Miſniae  
 Bernardi Principis uxor; eo mortuo fit Abbatiſſa  
 ſa Suſelicenſis A. C. 1355.

Adelheidis, Henrici Principis filia, Abbatiſſa  
 Gerentodenſis, mortua anno Chriſti 1374.

Hermannus, Sigefridi Principis filius, mor  
 tuus A. C. 1287.

Constantia: Iuditha; Eliſabeth; Hedwigis; & Agnes, Princeps  
 Sigefridi filia, Hermannii ſoroſores, moniales cœnobii Colmanienſis  
 A. C. 1310.

Magdalena, Alberti Claudi Principis filia, Abbatiſſa Quedlin  
 genſis, anno Domini circiter 1410.

Eliſabeth; Vuoldemari Pr. filia, monialis Bernburgia, circa  
 C. 1410.

Maria, monialis Gerentoda, Alberti Principis filia.

Magdalena, Abbatiſſa Quedlinburgi, defuncta 1516. Mo  
 dia ſoroſ.

Anna, Abbatiſſa Gandersheimenſis A. C. 1481. praefatarum.  
 ipſa ſoroſ.